



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

126. Secundus Christi aduentus in futura mundi consummatione, nec non
& signa eum antecedentia describuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 126. Secundus Christi aduentus in futura mundi consummatione,
 nec non & signa enim antecedentia describuntur. *Matth. 24.*
 * 125. *Mar. 13.* * 125. *Luc. 17.* * 101. & cap. 21.

S. <i>Matthæus.</i>	S. <i>Marcus.</i>	S. <i>Lucas.</i>	S. <i>Iohannes.</i>
<p>Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudo-christi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducatur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumē suū, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum</p>	<p>ET tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic: ne credideritis. Exurgent enim pseudo-christi & pseudoprophetæ: & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte. ecce prædixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cæli erunt decedentes, & virtutes quæ in cælis sunt, mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis ventem in nubibus, cum virtute multa & gloria. Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor terræ vsq; ad summū cæli. A fi- u</p>	<p>ET ait ad Discipulos suos, Venient dies quando desideretis videre vnum diem filij hominis: & non videbitis. Et dicent vobis, Ecce hic & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini, nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primum autē oportet illū multa pati, & reprobari à generatione hac. * 127.</p> <p>Cap. 21. * 125.</p> <p>Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. nam virtutes cælo-</p>	<p>rum</p>

S. MATTHÆUS.

S. MARCUS.

S. LUCAS.

S. IOHANNES.

commovebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cælo. & tunc plagent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cū virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cū iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas. Ita & vos, cū videritis hæc oīa, scitote quia propè est in ianuīs. Amē dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. De die autem illa & hora nemo scit, neq; angelicælorum, nisi solus pater. * 127.

autē discite parabolam. Cū iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit æstas. sic & vos cū videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostijs. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater. * 127.

rum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cū potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneam & omnes arbores: cū producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos cū videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt: verba autem mea nō transibunt. * 127.

X 4 Cap.